



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Quatuor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conversione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

Ann. 764.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

619. nuratas) Ecclesiæ implerunt, Regnum literis & morum præstantia floruit. Sed anno Seinlié, simulachrorum sacrifici in Tuncçu, magna vi linguas in transuersum egerunt ad opprimendam calumniis, & conuitiis legem Christianam & anno Sientien exeunte graues in Sicao, iniurias fidei intulerunt. Erat tunc Scelohan (Ioannes) Sacerdotum antistes, & Chielie quidam, & alij ex regione aurea nobiles, Sacerdotes altissimi, & à caducorum cupiditate alieni. Hi rete simul resumere, rupta fila nodis adstringere, soluta retexere, illudque demum mittere (hoc est Euangelij prædicationem instaurare, vexatione duplici interceptam) indixit magnanimus Hiuenzuncitao Imperator, Principibus quinque ut stationi felici (Ecclesiæ) per se præsentem se fitterent, & repararent altaria; sic restituta est in sedem columna, (Christianæ legis) cum aliquamdiu prostrata iacuisset, erectaque in altum firmiter, caput gloriosius extulit. Sub initium anni Tienpao iustus est Caoliesu, veras Imperatorum quinque effigies (ex profapia Tam, quorum erat Hiuen numero sextus) in Ecclesia collocare, quibus illuminata est ut sole terra, & quod celebrius id perageretur, solidos centum ex serico pannos Ecclesiæ offerre. Quanquam præsens non adsit draconis barba adsunt eius arcus, & gladij. (Videtur inuere, imaginibus Regum solis, quorum est tesserarium scutum Draco, abundè inesse ad defensionem, quantumuis ij absint. Anno tertio Tienpao, Sacerdos Chieho stellarum ductu in Regno Taciti (Iudeæ) ad nascentem solem (versus Orientem) in Sinas iter instituit, eoque peruenit. Mandauit Imperator Sacerdotibus Lohan, & Pulun (Ioanni, & Paulo) septemque aliis, & sublimi virtute Chieho, ut in Himchin, locum palatij regij conuenirent ad ritus suos obeundos. Pendebant illic in tabulis draconis literæ (Imperatoris verba in fidei commendationem) pretiosæ, purpureo, & cœruleo digestæ, stylus Regius (rescriptum regium) aræ spatium implebat, splendebatque ex loco edito inibat solis. Tantum beneficium, ac donum æquat altitudinem montium ad austrum (incertum quos montes intelligat) & profundum Orientalis Oceani. Nihil dicta lex quod non sit factu dignum; nec potest iustus quin eam obseruet, eamque obseruando gloriosam memoriam assequatur. Imperator Sozum insistens vestigiis, extrui præcepit Ecclesiæ illustri legis (Christianæ) in Limuu, & quinque aliis vrbibus. Felicem exegit ætatem eiusque opera in gloriosis numerantur. Taizun Imperator prosperitatem in sua tempora renexit, & placida pace rexit imperium. Natali quolibet (Regis, an Christi ignoratur) mittebat odorum cœlestium ingentem copiam, ad renouandam memoriam magnorum operum, & cunctis illustribus (Christianæ legis) ut honoraret illos prolixius, sustentationem assignabat (de mensa sua cibos) ita res habet, & cum cœli natura corporatur sanctus (Rex cœlum imitatur) utque cœlum producit omnia, & largè dispensat, simili modo Rex in suorum sustentationem. Nostro æuo Chienciun, modis octo claros & obsecuro

Cœpit regnare 719.

Ann. 757.

Ann. 764.

Ann. 781.